

MACHINAS HOSTIUM VEL DESTRUERE, VEL INUTILES REDDERE.

TIMOTHÆUS oppugnabat Toronam. Toronenses altissimas moles contra erigebant portas arena plenas: Ille longioribus machinis comparatis, ex malis navium cupidis imponens, & falces in summitate mali cupidibus affigens, hostium opera dirupit: Falces enim portas dissecabat, ita ut arena disfluere: Quod cum viderent Toronenses, ad sedes faciendum impellebantur. Polyen. lib. 2.

ATHENOCLES oppugnatus, adversus arietes ac terebra, ita ibi plumbis comparavit, easque transverfas in propugnaculis opposuit. Quibus irruentes hostium machinae confringebantur. At illi tormentum aliud adducere machinabantur, quod extremitate trabis concussa, eam per vim de propugnaculis rectam deieceret, ita ut neminem in terra consistentem laederet. Rursus hostes testudinibus admotis, quas fabas moenia. Illi e moenibus liquefactum plumbum arsis vasis defusi per effundebant, quo testudo dissolveretur. Hostes testudines e muris adductis acetum infundebant, plumbumque, & quocumque alia cadentia de muris demitterentur, restinguiebant. Etenim ad extinguendum ignem, aptissimum esse acetum videtur. Optimum vero impedimentum ignis, junctum acetum: minimè enim ignis in eo potest harere, & spongia aqua plena appensa. Quidam vero ad versus defusum plumbum, inque machinas injectum, pulverem ac lutum permixtè adduxerunt. Polyen. lib. 6.

ALEXANDER MAGNUS Tyrum obsidens, saxa in murum torqueri, & ex ligneis turribus per scorpiones ingentem telorum vim in oppidanos, qui moenia summa tuebantur, conjici faciebat. Tyri contra orbicularibus machinis conversis, catapultarum tela aut confringebant, aut aliorum avertebant. Conspuita etiam coria ad excipiendum missorum lapidum impetum, muro prætendebant, & eosdem vi illa molientes dissolvebant, ut nihil ictu suo offenderent. Diod. lib. 17.

DIOMETRO Rhodium architecto, de publico, quotannis certa merces pro arte tribuebatur ad honorem. Eo tempore quidam architectus ab Arado, nomine Callias, Rhodum cum venisset, acroasim fecit, exemplumque protulit muri, & supra in machinam in carthesio versatili constituit, qua Helepolim ad moenia accedentes corripuit, & transfudit in murum. Hoc exemplum Rhodii cum viderunt, admirati, ademerunt Diometro, quod fuerat ei quotannis constitutum, & cum honorem ad Calliam transfulerunt. Interea rex Demetrius Poliorcetes contra Rhodium bellum comparando, Epimachum Atheniensem nobilem architectum secum adduxit. Is autem comparavit Helepolim sumptibus immanibus, industria laboreque summa, cuius altitudo fuerat pedum 125, latitudo pedum 60, ita enim ciliis & cortis crassis confirmavit, ut post peti plagam lapidis ballista immisit pondus 160. Ipsa autem machina fuerat millia pondus 360. Cum autem Callias rogaret, a Rhodiis, ut contra eam Helepolim machinam pararet, & illum, uti pollicitus erat, transfereat in murum, negavit posse. Non enim omnia eisdem rationibus agi possunt: Sed sunt aliqua, quæ exemplaribus non magnis, si milititer magna facta habent effectus. Alia autem exemplaria non possunt habere, sed per se constituantur. Nonnulla vero sunt, quæ in exemplaribus videntur verisimilia, cum autem crescere coeperunt, dilabuntur. Terebratus terebra foramen semidigitale, sesquidigitale: si eadem ratione voluerimus palmare facere, non habet explicationem: semipedale autem, majusve, ne cogitandum quidem videtur omnino. Sic item quemadmodum in nonnullis parvis exemplaribus factum apparere, in non valde magnis fieri posse videtur, non tamen eodem modo majoribus consequi potest. Hæc cum animadvertissent Rhodii, eadem ratione decepti, qui injuriam cum contumelia Diometro fecerant, posteaquam viderunt hostem pertinaciter insistentem, & machinationem ad capiendam urbem comparatam, periculum servitutis metuentes, & nil nisi civitatis vastitatem expectandam, procubuerunt, Diometrum rogantes, ut auxiliaretur patriæ. Is primò negavit se facturum: sed posteaquam ingenue virgines & ephebi cum sacerdotibus venerunt ad deprecandum, tunc est pollicitus his legibus, ut si eam machinam cepisset, sua esset. His ita constitutis, qua machina accessura erat, ea regione murum petidit, & iussit omnes publicæ & privatæ, quod quique habuisset aquæ, stercoris, luti per eam fenestram, per canales effundere ante murum. Cum tibi magna vis aquæ,

luti, stercoris, nocte profusa fuisset: postero die Helepolis accedens, antequam appropinquaret ad murum, in humida voragine acta confedit, nec progredi nec regredi postea potuit. Itaque Demetrius cum videret, sapientia Diogeni se deceptum esse, cum dulse sua diceret. Tunc Rhodii Diogenem solertia liberati bello, publicè gratias egerunt, honoribusque omnibus eum & ornamentis exornarunt. Diogenes autem eam Helepolim reduxit in urbem, & in publico collocavit & inscripsit, Diogenes è manibus ad populos dedit munus. Vitruv. lib. 17. c. 12. Archib.

VEPASIANO Jotapatam Galilee urbem munitissimam oppugnante, Josephus dux, ut arietis impetum haberet, saccos palea confertos ex muro demisit, ut is arietis ictus exciperetur, & muro innoxius esset. Romani vicissim contis prælongis falces affixere, quibus saccos abscinderent. Joseph. lib. 13. c. 8. Belli Ind.

Idem sudibus in muro defixis, iis hominum tergoa recentia extendit, quæ tormentis missos lapides, & tela exciperent firmata, & ignes humiditate eluderent. Hoc tanquam vallo muniti fabri, die nocteque murum ad xx. cubitorum altitudinem exerunt. Idem c. 7.

Idem Romanis muro dejecto per ruinas subeuntibus, oleum fervens testudini hostium confusissimè infundit, præcepit, ita ut Romani de pontibus deturbarentur plurimi. Quinetiam seni Græci decepto pontem perfudit, cuius lubricitate firma ponere vestigia prohiberentur. Idem cap. 10.

Vitiges Gothorum rex Romanos obsidens, torres ligneas construxit, quæ murorum altitudinem adæquabant, atque eis ad angulos rotas subjecit, à bobus, quocumque ipse vellet adducendas: scilas subjecit, quæ ad pinnas utque pertinerent: arietes ingentes expedit, quibus admotis muros vehementius verberaret: ligna, arundines, & cætera ejusmodi congestit, ut fossas aquaret, & per eas ad muros machinationes adduceret: Inde post viginti dieshas promovere machinas cepit: ac Romano concipientes, ipsarum novitæ ac magnitudine obstupescit. Belisarius vero instructam aciem cum machinis advenantem prospexit, in ritum prorupit, acquiscere milites, donec signum accepisset, præcepit. Postquam illi fossæ appropinquarunt, ipse primus in armatum quemdam hostium ducem arem intendit, ac guttute jaculo traiecit, ad terram fravit: inde in alterum jaculatus, pariter morte affect: Ex eo quo animus Romanis, spes futuræ victoriæ extat felici principio accessit. Inde, signo dato, sagittas jacere exercitum inivit universum. Itaque, cadentibus repente bobus, machinæ consistuerunt. Ex quo Gothorum consilium indubio fuit, qui se boves impune ad muros putarunt posse adducere. Sigon. lib. 18. Imp. c. 11.

CAROLUS MAGNUS Pampellonem urbem Hispaniæ Saracenis parentem obsidens, turres ex materia mobiles excitavit, duas sublimiores urbis propugnaculis, non modò ut telis nudarent defensoribus muros, sed ut in moenia transiret. Quæ ubi primùm diversis partibus propius agebantur, tunc missilem ignem ad primum earum conspectum præparatum tormentis injiciebant, qui motu ipso majore flamma concepta, & oculis perstringebat, & quocumque incidisset, alibi incendium, alibi insanam trepidationem faciebat. Una turrim propius admota, terrore micantis flammæ evestigio delicta: altera non satis munita, ignem, simul suo ac superstantium pondere, pontiumque mole, tumultuque prioribus rotis depresso in antium orbita sedentibus habit, magno hostium; Hæc velut Numini salus eorum cordi foret, miraculo, & Francorum consternatione. Amal. lib. 2.

Quum in expugnatione Romæ anno 1527, à Caroli V. exercitu peracta, jam multi ingentes tormenti pila, & summis collibus in latera densissimi agminis emissa, discepti essent, raptaque in prælia mentium parte duo Hispanorum vexilla, signiferis è muro precipitatis: repente nebula crassior palustri exorta campo, ita hostium aciem intexit, ut tormentorum usus dirigendis ictibus fatali Romanorum incommodo penitus eriperetur. Irupere itaque facili Hispani per conjunctas muro ignobiles casas, ubi exercitus dux Borbonius agnificè voce, lingua glande trajectus deiecerat. Idem in Pompejo Columna.

Obsidit à Gallis & Venetis Verona, anno 1516, cui Cæsar Maximilianus nomine M. Anr. Columna præerat, quidam agricola Veronensis, Columna pollicitis ineluctis, cum sepe res venales & hortensia in præis in castra deserere consuevisset: simulatione spectandi, ad tormentorum locum, ubi & omnis

omnis eorum erat apparatus, minimè id curantibus custodibus, processit: funiculumque igne fuscensum, ut antea eductus fuerat, idonea in parte reliquit. Nec mora, ut primam statim paleæ & proxima cadis stramenta flammam corripuerit, tantus repente incenso pulvere ignis obortus est, & tulit quod sulphurei pulveris ad oppugnandum urbem magna impensa, & multo labore paratum convectamque fuerat, id totum uno temporis puncto conflavit: tantaque flammam violentia atque rapiditas fuit, ut omnia concurrant & restinguere conantis exercitus remedia, una mali velocitate præverteret. Id solum in gravi atque insperata jactura solatio fuit: incendiarius dum se reciperet, in ipso statim incendii ferventis initio deprehensus. Qui postea ad eruendam veritatem tormentis excruciat, & vivus eodem igne concrematus, dignas sceleris atque audacia penas persolvit. Sabell. supplem. lib. 8. ex Jo. v. 10.

MUNIMENTA CORRUMPERE, EVERTERE.

Garfia Cottignius arci Armuzi, nomine regis Lusitanorum Emmanuelis, præfectus, a rege Armuziense arca obsidione premebatur. Is murum edificavit, ea mente, ut ad tantam altitudinem petderetur, ut arci immineret, eamque propugnatoribus nudaret. At Lusitani crebris duorum tormentorum ictibus murum quatunt, eumque lata rima findunt, multique locis pertundunt: deinde galæas subtilibus sublatis inter pinnas statunt, ut armatorum speciem præbeant; & choreas ducunt, maximamque recentis lætitiæ significationem dant, ut hostes opinarentur, recens auxilium advenisse. Ea verò nocte, qua se quaerit, Cottignius Emmanuele Velulum, & Rodericum Varellam, cum vasibus pulvere tormentario referens, in murum immisit. Hi magno silentio ad murum accedunt, & per rimas atque foramina vala intra murum collocant: deinde ipsarum pulverem tenui quodam limite ab adverso muro ad arcem continuant. Postquam in arcem recepti sunt, ignem deiciunt. Flamma repente in muri rinas temporis momento discurrit, vasa corripuit, incendium cum horrendo quodam strepitu concitavit, quoad stationem, quæ intra murum erat, absumpsit: in ædes deinde regis impetu pervasit. Ventus erat ea nocte vehemens, & ita evenit, ut cum omnes accurrerent, nemo posset incendium restinguere. Neque solius ædes regia, sed magna etiam civitatis pars incendio illo consumpta fuit. Hoc factu regis spes incitæ tuentur. Orosius lib. 12. rerum Emmanuelis.

CASTRIS HOSTEM EXUERE.

Theron cum Chalcedonenibus pugnavit. Hostibus autem terga vertentibus, Siculi irruentes in castra, quasi direpturi tabernacula, supervenientes Iberis intersecti sunt. Theron cum magnam stragem videret, misit qui circumiret, præcipiens, ut a tergo ignem in tabernacula conjicerent. Magna verò oriente flammâ, hostes non habentes tabernacula, ad naves confugerunt. Quos Siculi persecuti, plurimos ad ipsas naves morti dederunt. Polyen. lib. 1.

Diephontes constitit cum Doriensibus, ut Argivos provocarent ad pugnam. Ipse verò concessis navibus, ad collem quemdam appulsi, in quo speculator constitutus nunciabat: Dorienses prædam agunt. Argivi relicti castris, adversus eos egrediuntur. Diephontes cum locis è navibus excurrentes, castra vacua & inania capiunt. Argivi parentibus, liberis & conjugibus capis, ut illos & regionem servarent, urbes Doriensibus tradiderunt. Polyen. lib. 2.

Dictator tertium Camillus dicitur, nunciato, legiones cum tribonibus militum à Latinis & Volcibus obsideri, delectum habere non juniorum solum, sed majorum natu quoque coactus est: ac longo flexu Martium montem exercitum circumducto, castra à tergo hostium clam effe metatus. Multis inde accensis ignibus significavit adventum suum. Ea se confirmati, qui obsidebantur, invadere hostem & manus conferre adiungunt. Latini & Volci recipiunt se intra vallum, eum multa materia sepunt, castraque undique muniti accepi ab hostibus trepidatione: certi, alteras castra ad domos expectare, simulque auxilia respicientes Hernulorum. Hoc Camillus animadvertens, veritus, ne quod ipse fecerat, qui hostes cinxerat, in se verteret, præripere manus occasione. Erat spes, qua se munitiant, lignæ, & vis magna venti deferebatur à montibus simulque diluereceret. Igitur multo ligno parato, copias summo manè eductas distribuit, ut alii in hostem missilia jactarentur, & magnum clamorem ex altera parte tollerent: L. B. T. beatr. vitæ Human. Tom. IV.

alios, qui flammam injecturi erant, qua potissimum incumbere in vallum hostium solebat ventus, ducens, horam operiebatur. Ubi jam commissa pugna Sol exortus est, & increbuit ventus: signo aggrediendi dato, grandinem telorum ignitorum ingessit vallo. Flamma ut materiam contexam, & vallem illic amplexa ligneam, in proxima fe undique dissipavit. Latini qui nihil haberent ad manum, quo arcerent, restinguere tentum incendium, cum rota castra jam depaceretur ignis, angusto conglobati loco, in armatos & infructuos pro vallo hostes compulsi sunt effundere se. Pauci horum evaserunt. Qui in castris restiterunt, flamma omnes absumpti, dum igni restincto prædam Romani diriperunt. Plut. in Camillo.

Tarquinius Romanorum rex, bello Sabino priusquam cum hoste confligeret, arte aliqua opus esse ratus, ut hostem, quo numero militum erat inferior, ingenio superaret, ad terrorem illi incutiendum, ingentem vim lignorum incensam, secundo fluvio, paulò ante lucem in scaphis & ratibus ad hunc usum quæsit, dimisit. Quæ sublicis ejus pontis impactæ, quem Sabini à tergo habebant, ut comiteat ex pacato acciperent, confestim superimpositas phalanges corripuit. Miraculo fuit primò antelucana illa flamma Sabinis. Mox ubi pontem de flagrate animadvertent, multi ex proximis castris ad restinguendum ignem temerè decurrunt. Invasit illicò Romanus structa acie hostium vallum haud uno loco, ut qui in adversa erant castrorum parte, subita oppugnatione occupati, lateri, quod erat in flumen obversum, quodque magna fuit ex parte militibus nudatum, ob concursum ad amnem factum, optulari nequiverunt. Modico igitur negotio Tarquinius castris est potius, cædes & consecratio ingens secuta, multi metu in flumen temerè ruentes, aquarum impetu superati, perierunt. Sab. lib. 4. Ann. 2.

Sepè in quibus locis hostes castrametati fuerant, inibi Romani exercitus eadem castra operibus septa habuerunt, tunc præcipuè, quum hostium vestigiis inhaerendo, illos haud facile assequi poterant. Quod ne fieret, salubri consilio provium fuit, ut abiturii milites vetera tabernacula & munitiones incendiant, ne quando illa hostium receptus forent. Alexand. lib. 1. c. 12.

Publ. Scipio Africanus, cum adversus eum in Africa Adrubal & Syphax ingentes exercitus duxissent, sub prætextu tractandæ pacis, sepius ad Syphacis castra oratores mittendo, pro fœvis tribunos cum eis delegabat, ut Syphacis castra atque eorum formam diligentius specularerent. Quæ posteaquam, ut erant, satis intellexit, Uticam se proficisci simulans, nocte clam in insidiis aliquot cohortibus inter duo castra positis curavit, ut ignis in Syphacis castris clam injiceretur. In quibus, quoniam tabernacula framentis, frondibus atque cannis confecta erant, quæ nimis caloribus in ea regione facile aruerant, parvo temporis spatio, incendium castra penè tota pervasit. Barbari autem cum arbitrarerent, non dolo, sed fortè excitatum esse incendium, inordinatim inermesque ad extinguendum ignem concurrerunt. Quo tempore adortus eos Scipio, in tanta perturbatione facile delevit. Ex aliis quoque castris, Afrî, qui conspecto igne auditoque clamore, ad opem ferendam armati inermesque advolabant, cum in eos incidissent, quos inter utraque castra Scipio in insidiis posuerat, aut occidebantur, aut capiebantur. Et hoc actu duos Scipio præpotes exercitus nocturno incendio delevit. Fulg. lib. 7. c. 4. & Sab. lib. 6. c. 6. ex Plut. Scipione.

L. Metellus in Hispania citeriore, in castra hostium, in humili loco posita, fluvium ex superiore parte immisit: & subita inundatione turbatos, per dispositos in hoc ipsum insidiatores cæcidit. Front. lib. 3. c. 7.

Fulvius Imp. Cimbrico bello collatis cum hoste castris, equites suos iussit succedere ad munitiones eorum, accessitque Barbaros, simulata fuga, regredi. Hoc cum per aliquot dies fecisset, avidè insequentibus Cimbris, animadvertit, castra eorum solita nudati. Itaque per partem exercitus custodia consuetudine, ipse cum expeditis post castra hostium confedit oculos, effugique eis ex more, repente adortus, & desertum prout, & vallum ac castra cepit. Front. lib. 2. c. 5.

C. Jul. Cæsar nullam unquam hostem fudit, quem non castris quoque exuere: ita nullus spatium perterris dabit. Svet.

Est Danorum regia cavernosa: mareque interfluit, obicibus tamen arceat. Hos cum Cimbrî rejecere, admiserunt undique aquam, castra Germanorum aquis operata sunt, & Germani undis obrui, ut ne unus quidem, qui cladem nuntiaret, evaserit. Avent. lib. 4. Annal. Bojorum.

A Scoti atque Picti cum Saxonum duce Hengisto decertare parati, cum ille in castris se contineret, colles castris proximos occupant, ingentem vim fasciculorum cytharistis in locis abundantis incenlorum, secundo vento è monte in hostium castra demittunt. Facularum multitudine sub captivitate è caelo in castra delapsa, Hengistianos ingenti terrore percussit. Auxit terrorem, virgularum ac stramentorum, quae super solem quiescendi gratia milites sibi substraverant, ab igne serpente incendium. Itaque rem potius pugnae committendam rati, si hostiles adessent copiae, quam miserè à flamma perire, ruptis aggeribus, in proximum campum armati proficiunt, Hengistus & ipse, quum plura ad suos in castris continendos frustra attentasset, communi urgente periculo, valida septus Saxonum manu, in proximum tumulum abiens, signum dedit militibus, se ad signa recipiendi, Scoti & Picti in planitiem descendunt noctu, hostium castra adoritur. At ubi Hengisti copias intè instructas comperere, diem expectare. Commisso praelio, crenata victoria potius sunt Saxones. *H. Boeth. lib. 3.*

Andreas Hungariae regis castra à Soldano Aegypto Nilii aquis deleta. *Amilius.*

B Florentini per Auseris fluminis effusionem, quod propè urbis Lucae moenia aluit, posse ad dedicationem Imperii Lucenses arbitri, aggerem, quà annis cursu secundo ferebatur, in altitudinem ingentem extruxere, fossamque pari ferè altitudine, in quam derivatum annem averterent, perduxere. At Lucenses advero huic aggeri extracto, ac per noctem eruptione facta, aggerem intercidere. Ita armis aggerem interrupto vim aquarum ingentem in subiectos campos, qua Florentini castra habebant, & effudit, & Florentinos à civitate averit. *Brutus lib. 1. Historia Florentina.*

HOSTIUM FORTUNIS INCOMMODORE.

VIDELICET QUAD PRÆDAM. TUM

Agenda.

C *Consule Tit. Commeatum comparare, intro ducere, quatenus nostras fortunas ex hostium depraedatione augetur.*

Imo, Henrici Imp. dux contra Giselbertum Lotharingie ducem, cum subulci hostium, gregem porcorum ante portas urbis ducerent, porcellum aperta porta ad grunnitum coegit, Grex audito clamore, repente advolat, & cum imperi intra portas irumpit. *Vicichindus Saxo lib. 2.*

Jo. Ziseha, Hussitarum dux, hostium armenta balatu vitulorum ex adversa ripa per medium fluvium ad castra sua tranare fecit. *Dubravina.*

Eripiendo.

Habuit David rex cohortem unicam ex collectis suis gentis viris, quamvis extorris fuit patria, Saulis regis se vitiam declinans, ediditque cum his praecleara aliquot facinora. Sed illud praecipua memoria dignum, quod Amalechitas, qui absente se Sicelech (erat is vicus, quem inhabitandum David acceperat ab Achi Philistaeorum rege, cum Gethaeorum agrum incurfare) diriperant, omnibus fortunis, cum duabus uxoribus, spoliatis, irrequieto cursu affectus: improvise accessit in cautos, cum jam nihil minus quam hostis expectaretur, adortus fuit, fugavitque, univertaque praeda exutos, à prima diei hora ad vesperam cecidit. *Sab. lib. 6. c. 7.*

PECUNIAM. EAM

Eripiendo, Emungendo.

Tamberlani Scythiarum Imperatori potentissimo praeda Oticens exitit. Emporia, frequenti mercatorum conventu celebrata, & pecuniis opulenta, aurum metu impendente defoderant, ne avaro retroque hosti expositum ad diripiendum foret. Ea is novo & inaudito ad eam diem astu circumvenit. Antequam adventum ejus temore urbes formidarent, in eas misit, qui specie commerciorum, pares direptione urbium magni pretii merces, ingenti mole, camelis invehent, villique sed praesenti pecunia divenderent, quae tenebris occultari, tellureve obtui atque non poterant. Auro accepto, veterem quoque praedam repente intruens recipiebat. Ea ratione ditissimae civitates, in quibus Damascus, & Caphata Ponti urbs, Genven-

sium colonia, ludibrio, direptioni, caedi fuerit. *Amilius lib. E. 10. & Cuspin.*

Adulterando.

Cum Lacedaemonii Samum gravi obsidione premerent, Polyocrates tyrannus monetam plumbeam auro induxit, eamque Lacedaemoniis dedit, ut obsidionem solverent, quadragesimo die post ceptam obsidionem. *Herod. lib. 3.*

OBSIDES

Recipiendo.

HOSTES VICTOS IN OFFICIO ET FIDE RETINERE, NE NOVASTES ATTENTENT.

*Consule Titulum, Defectionem & Proditionem nostrorum, ne fiat, prohibere. BENEVOLENTIA.*

Putab

BENIGNITATEM.

Priverno capto, quum Privernatum causa in curia cognosceretur, legatorum unus à quodam infestissimo senatore rogatus, Equidnam Privernates meriti essent? respondisse fertur, Quod & illi, qui se dignos libertate censent. Tum à Consule interrogatus, Quod si vobis penam remittimus, qualis à vobis pax expectanda est? Perpetua, inquit, & fidelis, si bonam dederitis: si malam, haud diuturna. Apparuit, ut liberè, ita verè id dictum, quando pax nisi quam fida, nisi ubi fuerit voluntaria: ubi sit virtus, fidem sperari non oportere. Atque ita ex auctoritate consulis, latum est ad populum, ut civitas Privernatibus daretur. *Sab. lib. 4. En. 4.*

Clotharius II. Francorum rex, è medio sublatis hostibus, Theodorico & Theodeberto, univèrè regni potens, nihil antiquius duxit, quam ut afflictiis rebus quies ab omni motu metuebat. Aut exfatiato, aut deposito in omnes odio, parentis verius, quam regis animum induit, oblivionemque injuriam & praesentit, & exegit. Austrasianis, qui Theodeberto paruerant, Magistrum equitum, rerumque administrationem dedit Rhadonem, virum bello paceque bonum: Burgundionibus Theoderico subiectis Vernarium, magni in eorum, cum florent regnarentque, nulla nominis: Transjuranis verò Herponem. Habituque harum trium separatim gentium conquisit, quod è re dignitateque ejusque esse videretur, constituit: nec quicquam quod dari honestè posset, petentibus denegavit: quousque Magistrum equitum illis praeficiebat, prope iam, per sanctèque juravit eis se magistrum illud non abrogaturum. Ea benignitas comitate adeo Austrasianorum Burgundionumque animos in illum confirmavit, ut nullus unquam rex majori fide religioneque cultus observatusque ne ab suis quidem fuerit, nec ultra desiderio regum suorum reverentur lux regibus nati, regiamque domi habere soliti, quae illos honoribus commodisque cumularet. *Amilius lib. 1.*

STUDIA PACIS.

Ca. Pompejus, summus Imp. à populo Romano, praeter senatus auctoritatem, contra piratas electus, cum eos magna virtute superasset, eorum post victoriam, magnam curam gessit: & ne tutum inopia coacti, ejusmodi scelera committerent, loca deserta eis distribuit, urbes dedit, & eam praecipue civitatem, quae ab eo Pompejopolis dicta est. *Dion. Nicens.*

CIVITATEM DATAM.

Romulus Cenienfem, Crustumino & Atrennates, qui ex Sabinis hostiliter Rom. agrum invaserant, bello victos, in urbem traductos, cives ex hostibus fecit. *Sab. lib. 6. c. 4.*

Id Romuli exemplum ceteri Reges Rom. fecerunt (praeter Hostilium, qui Albam diruit) pro non parvo negotio habere, quos bello viciffent, Romam incolentes traducere, traductos ejus civitatis participes facere, in quam infesto & plus quam hostili nuper animo fuissent. *Idem.*

PRIVILEGIA CONCESSA, RESTITUTA.

Ludovicus Pius Imp. coronatus est Aquiligrani à Stephano Pontifice maximo, profectio in Galliam ad impetrandum exulibus Romanis in patriam reditum. Nec Romanis modo, sed & Saxonibus, quos traduxerat in Galliam pater, redeundi domum jus dedit. Quoque veterem patriam magis appetent, nec studio novarum sedium tenerentur, simul ut provinciae Francorum per belli mala solitudine vastatae, frequentarentur: illis in patriam redeuntibus, restantem factionem restituit, quam Carolus Magnus ademerat, & in Francia remanentibus nullum supremam voluntatis testandae jus reliquit. Saxones hanc novi Augusti in se libertatem tam grato animo

A animo accipere, ut magis pro Francorum gloria ex eo tempore pugnaverint, quam ante pro libertate sua adversus eosdem decertarent. Auctore Ludovico bellum Danicum consecere, Haroldo Daniae rege, à popularibus pulso, in patriam opeique restituro. *Amil. l. 3.*

NOMEN SERVATUM.

Victio Desiderio rege, quidam Carolo Magno suadebant, ut omnes Longobardos Italia expelleret. Verum cum id nequaquam tum videretur, quo multis Italiae populis sanguine & affinitate conjuncti essent, censere simul & Carolus & Leo III. Longobardorum nomen ibi tantummodo remaneret, ubi ea gens praecipue sedem habuisset. *Platina.*

VI, COACTIONE, PER

Securitatem judicium.

Victi à Carolo Magno Saxonibus, Transalbaniani in Franciam transiit, Cisalbaniorum decimus quique migrare iussit. Relictis dati magistratibus ad jus propalam dicendum, unde pro vocaretur ad Augulum. Sed & sanctius arcanaeque delectissimum integerrimumque virorum concilium sine provocatione institutum, delectique pari sanctitate veluti speculatores, qui ceteris omnibus ignaris, Vestalibus & Saxonibus oppida, vicisque aconci liabula circumirent, moreisque & dicta ejusque factaque notarent, ac quencumque perijt, perditave religionis revereri in concilio coarguissent, sine intercessione primo quoque tempore, ubicumque comprehendi posset, necare. Nemini sui dignitas suffragabatur, summi infimique prius laqueo suspensi conspiciantur, quam rei fuisse audiebantur. Quem quisquis tam ignominioso genere supplicii affectum videbat: Me fidei violatae penas dat, dicebat. Hic novi exempli metus eam gentem & Numinis, & Augusti reverentior effecit, Judices speculatoresque (quos Consucios, *sic Bissiden*, vocabant) rem totam, notaque, quibus reus coargueretur, tam sanctè occultare, ut cum Carolo Augusto defuncto idem institutum viveret, nullis unquam minis, nullo malo adduci poterunt, ut enunciarent. *Amilius l. 2. & 3. & Avenimus l. 4.*

Privilegia adempta. Armorum, Exercitiorum.

C Caverunt Philistini victores, ne faber ferrarius inveniretur in terra Istraclitarum. *1. Reg. 13.*

CYRUS, Lydis, & praecipue Sardiis, post Craesi captivitate iterum deficientebus, ipse Babylonem versus profectus, Mazarem Medum cum praeprope misit (ex Craesi consilio) ut cum regione subegisset, arma patiret & equos adimeret, vestitumque multibrem gestare eos cogeret, ac neque ad jacularandum, aut equitatum amplius exerceri permitteret, sed omnes texere aut pallore, ac cauponam exercere compelleret, ut his nimirum studis eorum animi mollescerent, & effeminerentur. Sic deinceps omnium Barbarorum inutilissimi ad bellum evaserunt Lydi, cum antea bellicosissimi existissent. *Polyen. l. 7. & Herod. l. 1.*

XERXES iratus Babylonis, quod à se defecissent, postquam illos in potestatem suam redegerat, interdixit, ne ferret arma, sed palsteris tibique canerent, scorta alerent, cauponas haberent, ac sinofis tunicis uterentur: quod voluptatibus evitari, non molirentur denuo defectionem. *Plut. in Reg. apoph.*

D LEONTINOS Siciliae populos quum expugnasset Phalaris, ademptis armis, ad computationes & voluptates eos rejecit, ne rebellionem pararent. Hinc adagium, Sempet Leontini juxta pocula. *Erasmus in Adagiis.*

PHILOPOEMEN Megalopolitanus, Achaeorum dux, Lacedaemoniis bellum civile molientibus, urbis muros demolitus est, & puberibus omnibus suis exercitationibus, in quibus ex Lycurgi lege versabantur, interdixit: contra verò, ut eas Achaeorum puberes suscipere, edixit. Sed postea patria instituta Spartanorum pueris Romani restituerunt. *Pausanias in Arcadiciis.*

THEODERICUS, Ostrogothorum rex in Italia, edicto imperavit, ne Romanis quicquam, nec paterno genere Italus militaret, aut arma quicquam generis domi haberet. Quae lege voluisse evenire, quod ceteri evenit, ut quicquid Romanæ indolis, veteris quoque disciplinae militaris adhuc reliquum erat, id ipsum longè otio, desuetudineque armorum extingueretur. Ceterum quia novitates equum armorum extinguerent, multos Italici nominis ex urbis in agros compulerant, ut ignobiliter villicari mallet, quam in luce hominum cum periculo versari: ut urbes frequentius colebantur, receptiore

edicto vetuit, ne quis ingenuus in agris commoraretur, praeterquam messium & vindemiarum causa. Quo contigit, ut tota sit Italia in antiquum velut statum restituta. *Sabell. lib. 2. Ennead. 8.*

CAROLUS Magnus, rebellantibus subinde Vestalibus, & Saxonibus, concitatore Godofredo Danorum rege; ut paulatim extingueretur Saxonum nomen, ipseque sponte sua aliis equorum legum gentibus se adscribendos curarent: graves illis leges imposuit, ac testamenti factionem, jusque intestatis, praeterquam inter agnatos, succedendi, ademit. Honores magistratibusque gentibus alienigenis, & in primis Scotis mandavit, quorum egregia fide virtuteque utebatur. *Amilius lib. 2. & 3.*

Translationem in alium locum.

Eo, quod contra Fidenates & Veientes commissum est, praelio, perierant Albanorum defectione, nisi virtute sua se defendissent, Romani, Post victoriam, de Albanæ perfidia ulione inter patres consultatum, variatumque nonnihil opinionibus, Demum in sententiam Tulli regis frequenter itum, ut Alba dirueretur, parceretur civibus, supplicium de Metio sumeretur. Ergo M. Horatius, qui Curiatos vicem, cum centuriis aliquot peditum, majore tamen equitatu, Albam misit; qui cum parte urbem ingressus, ubi cives in potestatem redegerit, oppidum à fundamentis diruit, perpercit templis, multitudinem omnem Romam traduxit. Tullus inde convocata concione, Albanis iussit propriis tribunal accedere, extremam concionem armis sepiit, ne quis tumultus oriretur, & Albanis stupentibus Albam everfam indicavit, Romam migrare iussit, Metium Dictatorem quadrigis dilanari curavit. *Sabell. lib. 4. Ennead. 2.*

Victi à Carolo Magno Saxonibus & Vestalibus, cum nec venie facilitate reconciliari, nec annis victi frangi, nec consortionem religionis placari, nec aequis legibus flecti, nec iniquis domari, nec obfidibus oppignorari possent: & in tot Francorum occupationibus fortuna novas semper rebellandi occasiones cupientibus praebere, ut vix xxxiv. post ceptum bellum anno penitus edomari poterint; Transalbaniani omnes in Franciam translati sunt. Citra Albim decimus quique migrare iussit: in Germaniam x. millia hinc inde dispersa. *Amilius lib. 3.*

Regionis divisionem.

Memorie proditum est, naturam situs munitionemque Aegypti Alexandrum admiratum, eam in plures praefecturas, nomos vocant, divisisse: haud tutum esse ratum, Imperii curam uni modo injungere. Ac mihi quidem videtur (inquit *Arriani lib. 3.*) Alexandri consilium Romani esse imitari: nam eadem ducta ratione, instituire, ut nemini ordinis senatorii provincia Aegyptus, sed equestri tantum viro, decerneretur. *Celsus l. 16. c. 3. A. L.*

Munitionum defectionem.

Nemo ex Turcarum omnium, aut Christianæ professionis veterum incolarum, qui vel oppida, vel arces, vel denique pagos mote Persarum possideat, aut pauld munitiores domos aedificet. Vetere enim edicto cavetur, ne quis ullam pinnato muro circumdet, nec aedificium supra primam contignationem, columbaria turricula aliis, condat. Proprietæ Thraeces, Graeci, Macedones, Myssii, Epirotæ, Illyrii, ceterique populi barbarico subiecti jugo, neque firmis opibus valent, neque si Christiana arma alicunde perspiciant, ad oblatam excutiendæ servituti occasionem sese commovere possunt. Singulae namque praefecturae suos equitatus eo ordine in aestivis atque hybernis pagatim dispositos continent, ut ubique contra vim subitumque tumultum parati, instructique armis, praesto adsint adversus exarmatos & inopes; qui oppressi, celeriter terribi supplicii poenam subeant. *Sabell. supplem. lib. 4. ex Iovio.*

Obside.

ALEXANDER domita Thracia petens Asiam, veritus, ne post suum discessum sumerent arma, regulos & praefectos, omneque reliquos, quibus videbatur inesse cura detrahere libertatis, secum velut honoris causa, traxit: ignobiles autem reliquit, plebeiosque praefecit. Itaque principes beneficiis ejus obstricti, nihil novare conabantur: plebs verò ne poterat quidem, spoliata principibus. *Front. l. 2. c. 11.*

Idem victis Persis Indiam peturus, ex omnibus provinciis triginta millia juniorum legi imperavit, perducere ad se in castra iussit, verus obides, quam milites, ne quid à tergo moveretur. *Sabell. l. 6. En. 4.*

A HOSTES ADVERSARIOS

VINCERE.

EFFUGERE PER ARTEM

MAGICAM.

Consule Locum de Miraculis. Tit. Miracula magica.

Humanitas.

\* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Humanitas Græcè ἐπιεικία, & ἐπιεικία, humanus dicitur. Heb. Hanavab, ab Hami, id est mansuetus, lenis, modestus, mitis. Semitur autem humanitas tripliter, scilicet pro natura hominis, & pro virtute, quæ consistit in exteriori subventione, condescendendo defectibus aliorum. Secunda B. Tho. sup. epist. Paul. ad Tit. 2. col. 2. fin. Humanitas præterea significat eruditionem atque institutionem in bonas artes, quas qui sinceriter cupiunt & assequuntur, hi sunt maxime humani, quare & artes ipsæ liberales humanitatis studia appellata sunt. Nam hujus scientiæ disciplina ex universis animalibus soli homini data est. Ab homo venit humanitas & humanitas.

Humanum propriè dicitur, quod hominis est, & ad hominem spectat. Et quia homo inter omnia animalia morti obnoxia maxime mitis est, idcirco humanus pro facili, miti & spectabili ponitur: unde humanitas dicitur, quam Græci ἐπιεικία, vocant, quasi amorem in homines.

Humanitas Græcis ἐπιεικία, est, qua animi, humana id natura postulant, erga omnes juvenos, aliqua in re commoveantur, præferunt, si quos videant calamitosos: Contra autem inhumanitas, seu insolentia.

Humanitas est affectio amicitiae, hominum conciliatrix, habitus hominis beneficis, gratiarum redditio, gratitudo benefica. Spenst. de Plat. de fin.

HUMANITATIS, POPULARITATIS ACQUISITIO.

MAGISTRI.

QUI, QUORUM, PUTA.

Apostolorum, Sacrorum hominum.

Mittens Dominus discipulos ad prædicandum, dixit: In quamcumque domum intraveritis, edite & bibite, quæ apud illos sunt. Contentos esse voluit cibariis, quæ habent, non sumptuosâ alia querere. Luc. 10.

Parysatis Cyri & Artaxerxis mater, præcipere solebat, ut rex palam ac liberè loquutus, verbis bysiniis uteretur, hoc est, magnificis ac mollibus: quò sermonis blandities rei mitigat asperitatem. Reges bysio vestiuntur: sed talem decet esse regis orationem, qualis est amictus. Plut. in Apoph. Reg.

PHILIPPUS Macedonum rex filio subiecit, ut ad conciliandas sibi vulgi vires, blandiretur Macedonibus, quamdiu esse regnante alio liceret humanum, Consulebat, ut pollentium in civitatibus pararet amicitiam, tam malorum, quam proborum: inde his uteretur, illis abuteretur. Plut. in Apoph.

Philiscus ad Alexandrum Magnum aliquando dixit: Ad gloriam incumbe: verum ea conditione, ne sis pestis, vel magus aliquis morbus, sed pax & sanitas. Nam per vim & sævitiam expugnare civitates, & populos excindere, tyrannicum est: sanitas verò salutiq; subditorum rationem habere, ea sunt pacis commoda. Elianus l. 14. de Var. hist.

Profeciones mulierum lege astrinxit Solon inconditam licentiam coercens. Proficienti fortas, tres non amplius stolas permisit habere, neque plus cibi vel potus secum efferre, quam obolo emptum, neque calathum cubitali majorem, nec de nocte, nisi curru vestiam, ad lucernam iter facere. Plut. in Præcep. commun.

ELIUM Phidias Venetum testudini insistentem finxit, domi manendum lege astrinxit Solon inconditam licentiam coercens. Proficienti fortas, tres non amplius stolas permisit habere, neque plus cibi vel potus secum efferre, quam obolo emptum, neque calathum cubitali majorem, nec de nocte, nisi curru vestiam, ad lucernam iter facere. Plut. in Præcep. commun.

NUMA Pompilius, Rom. rex matronis dignationem apud viros & honorem, quem, ut raptas placarent, indullerat eis

regnante Romulo, conservavit: cæterum magna verecundia sepit eas, curiositatem detraxit, sobrietatem docuit, silentium tenere assuefecit, vino prorsus interdixit, dicere ne de rebus quidem necessitatis permisit sine viro. At cum femina aliquando causam in foro pro seipsa dixisset, fama est, senatum deos consuluisse, eequid hoc exemplum urbi portenderet. Plut. in Numa & Lycurgo.

QUI DOCUERINT. UT QUI

Docere alios.

Vitam cultiorem, civilem.

Homines agrestes, stupidi, & laxi, stultitibus atque feris potius quam hominibus similes, poetarum fabulis occasione dederunt, ut Deucalion ex saxis homines formasse: Orpheus cantu sylvas, saxa ferasque traxisse dicatur: Amphion cithara Thebanos muros struxisse fingatur: quoniam homines ad mitiorem vivendi cultum sua sapientia pertraxerunt.

PELAGUS primus Arcadiz rex (à quo regio tota Pelasgia dicta) cum regnare cepisset, primum quidem rudes homines docuit turgia, ad frigidis, imbrum, & æstus incommoda arcenda, edificare. Idem tunicas facere instituit: fuit illis coriis, quibus his ipsis temporibus in Euboea & Phocidæ tenuiores homines utuntur. Ad hæc, cum vulgò virent adhuc fronde, herbisque ac radicibus, non modò non cibariis, sed plerumque perniciosis, incantibus velerentur, salubriores multo glandes esse, neque omnes, sed quæ è sola sago legerentur, perhasit. Plut. in Arcad.

PHORONEUS Argivorum rex, Inachi filius, primus dispersos ante homines, & eorum habitantes, in unius civitatis jus compulsi, & ab eo oppidum illud, quò congregati sunt, Phoronicum est nuncupatum. Plut. in Corinib.

Cn. Pompejus pyratice bello confecto, captos ex deditioe prædones ad Coraceion Ciliciæ plus viginti milia nequaquam interficere statuit: reputans, hominem natura neque nasci neque esse indomitum animal aut ferum: sed efferrari, si vitis se præter naturam dederit: consuetudine verò locorumque & vitæ commutationibus cicurari, nec bellas victus ulu mitioris, feritatem & sævitiam deponere. Hoc ergo consilio exigua & minus frequentia Ciliciæ oppida acceperunt, atque in corpus suum contribuerunt, agra aucta. Soliorum urbem, nuper ab Armeniorum rege desolatam Tigrane, instantibus, complures ibi collocavit. Multis etiam sedes dedit Dymæ in Achaia, quæ id temporis orba erat civibus, agrumque possidebat latum & opimum. Plut. in Pompejo.

Corvicialem modestiam.

Ut quisque Laconum convivia, quæ sylvitia vocabant, inibat: natu maximus, communistras foribus His, inquit, nulla verba egreduntur. Plut. in Lacon. & 7. Conviv. quest.

S. literam foribus cœnaculorum superponi solitam, ad fidem silentii convivi indicandam. Calini l. 12. cap. 8. Antig. Leß. refert.

Q. Sertorius in conviviis modestissimus erat, nec quicquam turpe vel videre, vel audire sustinebat, assueceratque omnes suos ab omni maledictio ac jurgio abstinere, placidèque joco uti. Itaque cum conjurati eum interficere decrevisset, in medio convivi rixæ initium querentes, aperte verba turpia flagitiosaque jactabant, & sicca ebrietate multa selescebant, ut Sertorium provocarent. Coram, five quòd graviter ferebat inconcinnitatem eorum, five quòd ipsorum mentem ex tarditate loquendi & inconfecto contemptu animadverteret, mutato dicumbendi modo se supinum disposuit, quasi nec videre quicquam veller, nec audire. Perperna autem phalam meri in medium projecit, & strepitum inde factus (quod erat signum conjuratis datum) Antonius, qui supra dicumbebat, gladio Sertorium percussit. Conversi verò ad plagam & instigare conantis in pectus ruit, manisque ambas cepit ne resistere valerent. Per hunc modum à multis confosus fuit. Plut. archus.

Adelstenu Anglorum rex, Norvegiarum regis armis pressus, pacem ab eo redemit, Haquino filio ejus regni successorem pactus. Educatus igitur ab Adelsteno ingenè Haquini, patris morte audita, in patriam rediit. Eum Adelstenu ex medio cursu revocatum monuit, Ne inter epulas tristit vultu esset. Saxol. 10.

Silentium. Sermonem.

Jacobus Apostolus: Sit, inquit, omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum. Et paulò post: Si quis autem putat se religiosum, non refrænans linguam suam, sed seducens

cor

A cot suum, hujus vana est religio. Et Paulus ad Timotheum Propheta & vaniloquia devota. Salomon in Proverbiis: Qui meditatur sermones suos, doctus & prudens est. Postremò Christus veritatis magister & vitæ, in Evangelio ait: De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die judicii. Iteò divitem quoque in inferno positum, quoniam loquacitatis perulantiæ maxime deliquerat, linguæ ardorem sentire magis fecit: & ille linguam tantum refrigerari petiit, qui ardebat totus. Marab. l. 4. c. 6.

Lycurgus cives suos mox à tenentis unguiculis silentio premissis compègit ac solidavit. Plut. de Gærrulitate.

Alonius facilitatem.

ARTOXERXES Cyri frater, cognomento Memor, non solum seipsum assabilem præbuit adire volentibus: verum uxorem quoque Stratum justit, soblatis curru autis vehi, ut iis, qui eam conveniam vellent, etiam in itinere pateret aditus. Plut. in Regum apoph. & in Artoserxe.

Vestium.

JOANNES Comnenus Imp. Alexii domestice disciplinae & decori tam diligens observator fuit, ut è in tendendis capillis & forma calciorum proportionem requireret. Nicetas Choniates.

Dedocere, Coercere aliorum

Curiositatem.

Locorum magistratus, si quis peregrè adveniens rogasset, Nunquid novi? multanti et dicebant. Plut. in Curiositate.

L. PAULUS Æmilii, ubi legiones in Macedonia accepit loquacitatis & curiositatis plenas, atque in ducis munas se inferentes, edixit, ut manum promptam & gladium quicquid haberet acutum, reliqua sibi curæ fore. Plut. in Galba.

Maledicentiam.

CHADORNAS Thuriarum legislator perstringi cives in comediis, extra adulteros & curiosos, interdixit. Est enim adulterium alienæ voluptatis curiositas: & curiositas alienorum atcanorum libido. Plut. in Curios.

EUPOLIS Sospolis F. Atheniensis comicus, cum Alcibiadem acerbius petisisset, edicto Alcibiades cavet, ne quis nominatim quempiam perstringeret. Idem Romæ accidit. De qua refert Horat. l. 2. Ser. satyra 1.

Si mala consideris in quem quis carmina, jus est. Judiciumque esto si quis malus: sed bona si quis. Induce consideris laudatur Cæsar. Si quis opprobriis dignum laceraverit, integer ipse, Salvetur visu tabula: tu missus abibis.

PETRI Aretini tanta erat comminatum amarulentia, ut ejus invecitias reformidarent omnes, & donis missis placarent. Principes autem Italiæ compellerunt eum per scitatos, qui miserum hominem in numeris ichibus ferè confecerunt. Hoc metu perculsus, à maledictis postea abstinuit: calamumque applicuit ad scribendum de B. Virgine Maria, de S. Catharina, & de rebus sacris. Boissardus in ejus vita.

Exaltatione.

POMPEJA Plautina Julianum Imp. maritum suum colubuit à severè extorquendo tributo. Sextus Aurelius.

Certamina immanita.

Anno 397. cum gladiatores adhuc præico more in foro darentur, Telemachus quidam ex Oriente Monachus spectaculi seditatem averians, dirimendi certamina gratia provolvit in medium. Quare populus indignatus, monachum lapidibus est aggressus. Quem extinctum ubi sensit Honorius Imp. in numerum martyrum adscribit curavit, & nova lege, ne in posterum gladiatorum munus ederet, edixit. Sigonius l. 10. Imp. Occid.

Concilio Lateranensi, an. 1139. certamina, quæ Tormentia dicebantur, in quibus per provocationem certo non solum corporum, sed etiam animarum exitio pugnabatur, interdita. Sigonius l. 11. regn. Ital.

ERGA Q. POS. ERGA

Reges.

Parysatis, Cyri & Artoserxis mater, monuit eum, qui regem erat admoniturus, verbis ut uteretur bysiniis. Plutarchus in Apoph.

Subditos.

Cum Amagarum principes ex avaritia parentibus pueros qui indole & corporis elegancia præstabant, vi raperent, & testibus exactis, magno pretio Romanis eunuchorum studio venderent, patribus interfectis, ne ob filiorum orbitatem aliquid molirentur contra ipsos: Julianianus II. Impet. missis

uno ex suis regalibus eunuchis illius generis, severè ipsi mandavit, ut à castratione subditorum desisterent, interminata poena, nisi parerent. Cuspin. in Leone IV. ex Zonara.

Hospites.

Peregrinorum curam habere Israelitas jubet Dominus, recordatos, se quoque in Ægypto peregrinos fuisse. Proinde judicium peregrini ne corrumpent: vineam ne racemarent, paleam ne relegerent; sed peregrino, pupillo, & viduæ etiam, spicilegium concederent. Dent. 8. & 24. & 14. & Levit. 19. præcepit.

PAULUS Apostolus Hebræis præcipiens, ait: Caritas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite oblivisci: per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio recepti.

Eas hominum effigies, quas mensè Majo de ponte subleio in fluvium Romani deiecerant, Argivos appellabant. Olim enim, qui eum locum incolebant Barbari, si quos Græcos caperent, eo modo suffulerunt. Hercules verò, quem magnificerunt, revocavit eos à necandis peregrinis: instituit autem, ut morem eum & superstitionem repræsentantes, præcipitarent imagines. Græcos præci, juxta omnes, Argivos dixere. Fortè etiam quòd Argivos Arcades ex vicinitate pro hostibus haberent, Evander Græcia extorris, qui iisdem locis confederat, offensionis memoriam & odium conservavit. Plin. Quest. Rom.

PSAMMETYCHUS primus Ægyptiorum regum cæteras nationes ad importanda, quæ apud se erant, alexit, securitate singulis advenibus præbita. Apud superiores enim reges nulli externi ad Ægyptum navigabant, cum partim occiderentur, partim adigerentur in servitutem. Impietas Bificidii tempore apud Ægyptios adversus exeros usitata, Græcis causam præbuit scribendi, quæ de eo in fabulis feruntur. Diodorus l. 1. c. 5.

Apud Lucanos lege cautum erat, ut si quis sole occidente diverterent hospites, notos ignotove, domo arceret, & xxi. s. vias teneretur, multamque eo nomine pendere cogere. Alexand. ab Alex. l. 4. cap. 10. ex Eliano lib. 4. Var. hist. & Heraclide in Pol.

CAROLUS Gothorum & Sveonum antiquus rex, inter maximas leges constituit, ut Gothi ac Sveci inter se, & maxime in omnibus advenas & peregrinos, hospitalitatem observarent, summumque nefas ducerent, quemcumque viatorem tecto arceret: quod si quis facere tentasset, & idoneis testibus inter facientem negasse hospitium convictus fuisset, immisso igne ædes ejus comburi iussit, ut domibus propriis justè privaretur, qui carum utini inhumaniter denegasset. Hinc ergo deductum puto, quòd vix alibi in tota Europa promptior liberaliorque hospitalitas, quam apud Sveones & Gothos, hodie invenitur. Joan. Magnus l. 5. c. 2.

Servos.

GILLAS Agrigentinus hospitio exceptus apud hominem durum, & undecunq; facientem questum, qui ne dormire quidem famulus permittebat, sed alius aliud operabatur noctu: eundem & ipse postea, quam Agrigentum venisset, suscepit, & convocatis famulorum pueris (qui permulti erant) naces iis & caryæc distribuit. Interrogante autem hospite: Unde tot pueri? A famulis meis dixit, mihi generantur. Voluit autem ostendere, ita tractandos esse servos, ut ad procreandos etiam liberos legitime sint apti. Strobæus serm. 60.

NUMA Pompilius more introducto, ut Saturnalibus una cum dominis eadem epularentur mensæ servi, libertatis gustum præbuit, ut qui in colendo juvissent, partem ibi ferrent anniversariorum fructuum. Aliqui id fabulantur illius, quæ fuit ævo Saturni, æqualitatis durare vestigium: quo tempore nemo servus aut dominus, omnes verè propinqui & pares habebantur. Plut. in Numa & Lycurgi comparatione.

AUGUSTUS Cæsar noluit, ut dominus plus æquo in suos servos læveret: idèque super dominorum potestate in servos salubriter consuluit. Alex. ab Alex. l. 3. c. 20.

ANTONINI principes super dominorum potestate in servos salubriter consuluerunt, ne dominus plus æquo servire possent, neve injusta imperia dominorum noxæ forent, neve domini servos quotidianis verberibus afficerent, sed loris cæderent. Quibus constitutionibus cavebatur quoque, ut in eum qui suum occidisset servum, haud secus poena diceretur, quam si alienum necasset. Idem.

HADRIANUS Imperator servos à dominis occidi vetuit: sed si quis deliquisset, Prætoris judicio poena affigebatur. Alex. l. 3. c. 20.

Libe.